Serenissime et Potentissime Rex,
Domine, Domine Clementissime,

No 69.

Sacr: Regiae Majest: Vrae Clementiam supplex deveneror, quod in praeteritis Comitiis ad futura receptionem Feudi ob debilem valetudinem mediante Rescriptô Regiô differre dignata fuerit: Erat in votis et propositô, quod et debiti mei ratio exposcebat, personaliter Sacr: Reg: Majest. Vrae humillimâ cum veneratione supplices exponere preces, ut miserrimae conditionis oppressorum Ducatuum meorum habere dignetur considerationem, Regiamq; interponere Autoritatem.

Manisit votum intra vires ex eô, quod medi
deficiunt, quicunq Proventus mihi præripiunt
et libera dispositio ab exteris Potentiis si-
tur; Ablegavi proinde Generosum Adamum Ca-
mirum Koscinszko, Capitaneum Majorem Se
burgensem, ut fusius humillimô venerationis cult
explicaret, simul et humillima petita et desider
ratione prorogandi homagii propter calamit
sa et inquieta tempora atq plenariâ evacua
tione exotici Militiis exponeret, quem Ablegatum
meum ut Sacr:a Reg: Maj: Vrâ clementissime
admittere, admissum audire et sollicitationibus
pro conservatione Feudi Regii et Fidelis semper
Principis Feudatarii, interpositis annuere digne
humillime exoro. Addo innumeris votis
quibus Sacr a. Reg. Maj: Vrâ circa auspicium
Novi anni undiq cingitur, meum quoq votum,
ut Summum, quod cuncta moderatur, Num
consiliis saluberrimis cum ingressu hujus Ann
feliciter cæptis, ex alto benedicat et adsit, ea
demq ex sensu Sacræ Regæ Majest: Vrâ ad in
crementa Reipubl: Polonæ, annexarum Provi

ciarum et quorumvis Subditorum fausta felicissimaq; esse jubeat, quod dum submississi:me voveo, Regiam incolumitatem apprecor, meq; Clementiæ Regiæ commendo, quoad vixero incessanter permansurus

Sacræ Regiæ Majestatis V:ræ

Gedani die 4. Jan:
Ao. 1713..

Fidelis Servus
Ferdinandus
Dux Curlandiæ